



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 27. Concilium primum Parisiense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

rejiciebat, & Symbolum Nicænum tene- Sæculum IV.
ri prohibebat. In fine illorum temeri- A. C. 360.
tatem damnat, qui humani intellectus
angustia naturam divinam comprehen-
dere volunt, cum aliquam partem nostri
iporum cognoscere vix dici possimus.
At hoc opus videtur mansisse imperfe-
ctum. Scripsit etiam Tractatum adver-
sus Valentem, & Ursacium, in quo Hi-
storiam Conciliorum Ariminensis, & Se- Hier. Script.
leuciensis concinnaverat, cuius tantum Ruf. pro.
fragmenta nobis supersunt, at propter Orig.
Acta, & Epistolas ibi posteritati traditas
pretiosa.

§. XXVII.

Concilium primum Parisiense.

Inter alia in his fragmentis habemus E-
pistolam Synodalem cujusdam Conci-
lii Parisiensis, qua Episcopi Galliæ Epis-
copis Orientis respondent; isti enim ad
S. Hilarium scripserant, ut malas artes
hæreticorum detergerent, qui occasione
unius vocis, substantiæ, dissensionem in-
ter Orientem, & Occidentem alere sa-
tagebant; eos qui scripserant, verosimi-
le est fuisse Basilius Ancyranum, atque
alios Catholicos, atit Semi-Arianos, qui
in Concilio Constantinopolitano ab A- Sup. §.
nomeis depositi, omnes Regiones suis XXII.
questibus implerunt. In hac Epistola E-
piscopi Concilii Parisiensis fatentur, eo-
rum

Sæculum IV. rum plerosque, qui ad suppressandam vo-

A. C. 360.

cem *ousia* seu substantia, sive Arimini,

sive Nicæ in Thracia consenserant, id

Orientalium auctoritate inductos fecisse.

Vos, inquiunt: olim hanc vocem contra

Arianorum hæresin introduxistis, hanc

a vobis accepimus, & inviolata fide ser-

vavimus. Vocem HOMOOUSIOS liben-

tissime recepimus, qua vera, & natura-

lis Filii Dei unigeniti nativitas expri-

mitur; unionem, quam blasphemus Sa-

bellius docuit, detestamur. Neque dici-

mus, Filium esse particulam Patris, sed

ex Deo ingenito, integro, & perfecto,

natum esse Filium unicum, integrum,

& perfectum. Quando dicimus, Filium

esse ejusdem cum Patre substantiæ, ideo

dicimus, ut creationi, adoptioni, aut

simplici denominationi nullus superfit

locus. Si Filius dicatur Patri similis,

non scandalizamur, cum Dei invisibilis

imago sit, at nullam aliam Dei Filio

dignam similitudinem intellectu concipi-

mus, quam Dei veri cum Deo vero, si-

militudinem nempe, quæ, unione exclu-

sa, unitatem indicat; unio cum unitate

stare non potest. Unitas solum illius,

qui genitus est, perfectionem explicat.

Et inferius: Itaque, charissimi fra-

tres! cum ex litteris vestris intelligamus,

in negotio suppressionis vocis, substan-

cia, simplicitati nostræ fuisse illusum,

&

Coloss. I. 15.

Et referente Fratre nostro Hilario scia- Sæculum IV.
 mus, illis, qui Arimino Constantinopo- A. C. 360.
 lim reversi sunt, tantum animi non fuisse,
 ut horrendas blasphemias damnarent,
 quamvis, ut inclusæ vestræ litteræ testan-
 tur, a vobis fuissent admoniti, nos quo-
 que omnia ea, quæ perperam, & per igno-
 rantiam facta sunt, retractamus. Ex-
 communicatos habemus Auxentium, Ur-
 sacium, Valentem, Cajum, Megasum,
 & Justinum secundum Epistolas vestras,
 & secundum fratris nostri Hilarii te-
 stimonium, qui edixit, nunquam se illis
 communicaturum, qui eorum errores se-
 querentur. Damnamus etiam omnes blas-
 phemias, quas ad calcem Epistolarum ve-
 strarum apposuisti; maxime autem Epis-
 copos Apostatas damnamus, qui quorum-
 dam ignorantia, vel impietate in Sedes
 fratrum nostrorum, contra fas omne in
 exilium pulsorum, suffecti sunt; testa-
 murque Deum, si quis in Galliis huic no-
 stro Decreto parere recusaverit, Commu-
 nione, & Sacerdotio privandum. Et
 quia Saturninus Decretis salutaribus im-
 pium caput apposuit, scitote, ab omnibus
 Galliæ Episcopis fuisse excommunicata-
 tum, juxta litteras a fratribus nostris
 jam bis scriptas; est enim Nomine Epis-
 copi indignus, tam propter sua scelera
 priora, tamdiu dissimulata, quam propter
 novam Epistolarum, quas impie dedit, te-
 merita-

Sæculum IV. meritatem. His Epistola Synodalis Con-

A. C. 360.

cilii Parisiensis clauditur. Forte quis a
vero non aberraverit, si paulo post redi-

tum S. Hilarii, vivente adhucdum Con-

Pagi an. 362 stantio, actum crediderit. Episcopos

n. 23. inf. Galliæ a Constantii persecutione securos

n. 34.

reddebat auctoritas Juliani, qui jam an-
no 360. Lutetiæ Parisiorum Augustus sa-
lutatus est; cujus in hac urbe commo-
ratio causa esse potuit, cur potius illuc,
quam alibi Concilium convenerit, nam
illo adhuc tempore Christianum simula-
bat.

§. XXVIII.

Scripta Luciferi Calaritani.

In alio loco Lucifer Calaritanus in suo
exilio pro defensione fidei adversus
Constantii persecutionem varia scripta in
lucem emisit. Opus primum, Impera-
tori inscriptum, quo S. Athanasium defen-
dit, in duos libros dividitur, & incipit
in hunc modum: *Cogis nos, Constanti!*
fratrem nostrum Athanasium absentem
condemnare, quod Lex Dei vetat. Po-
tentia tua Regia Sacerdotes Dei ad effun-
dendum sanguinem impellis, & nescis,
quod obedire non valeamus, nisi jura
*justitiae, quæ a Deo accepimus, proculse-
mus. An dices, lege Dei permisum esse*
condemnare absentem, & inauditum, imo
innocentem? cum tibi ex S. Scriptura
notum